



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

Jtem exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directa, in qua continetur, quod Hiltibrandus & Aragis, atq[ue] Rodgans, necnon & Regimbaldus Duces consilium inierant, qualiter se in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

læticari iubeatis, quia & ipsum Spoletinum Duca-
tum vos præstantialiter obtulistis, protectori vestro
B.Petro, principi Apostolorum per nostram medio-
critatem, pro animæ vestræ mercede, & ita obnixè
quæsumus, præcellentissime fili, vt nostram depreca-
tionē de prædicta afflictione & prænominate Spo-
letino Ducatu celerius effectui mancipetis, quatenus
dignam à misericordissimo Deo nostro, intercedente
B.Petro, Apostolorum principe, pro cuius amore &
reuerentia aurem nostris petitionibus accommodare
inspiratus fueris, suscias mercedem, quia, Deo teste
dicimus, nil nisi vestram cupimus exaltationem & læ-
titiam, dum, annuente Deo, magna inter nos atq; in-
solubilis charitatis concordia corroborata est, perma-
nentes in his, quæ mutuo inter nos afferentes confir-
mauimus. Incolumem excellentiam vestram gratia
superiora custodia.

*Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad
Dominum Carolum Regem directa, in qua continetur, quod * B. CCC.
Hiltibrandus & * Aragis, atq; Rodgans, nec non & * Regim- Arogis.
baldus Duces consilium inierant, qualiter se in unum congl- * Raginal-
barent, cum Gracis & Adalgiso, terra mariq; ad dimicandum dus. Regt-
contra Romanam & Italiam, & sub nimis adiuratio- naldus,
nibus postulans adiutorium
contra eos.*

LIX.

DO M N O excellentissimo filio Carolo, Regi Summ. 22.
Bar. &
Cent.
Francorum & Langobardorum atque Patri-
cio Romanorum Adrianus Papa. Reminisci
cōsideramus à Deo protectam excellentiā vestram, q
sapius

sæpius vobis innotuimus de Hiltibrando Spoletino. Duce, seu Arigiso Beneuentano Duce, atque Rodgau-
so Foroijuliano de sœuissimo consilio, quod erga nos
atque vos gerere non differunt. Nunc verò dum fide-
lissimi vestri Missi, reuera sanctissimus frater noster.

*Rabigan.
dno.

Possessor Episcopus, atque * Rabigaudus, religiosus
Abbas, à Beneuento repedantes, per prædictum Hil-
dibrandum ad nos properant; nimis nos obsecrantes,
propter nominati Hiltibrandi noxam, vt ei veniam

* mittente-
mus. Gel &
liquid simi-
le decessò vi-
detur.

tribueremus, adserentes, vt apud eum nostrum indi-
colum & obsides pro sua dubitatione, * & Hildibran-
dus nostris se præsentaret obtutibus; nos quippe se-
cundum fidelissimorum Missorum vestrorum dictū,

illuc usque Spoletū, direximus Stephanum nostrum
fidelissimum dudum Sacellarium, qui cum eum affa-
tus fuisset, & tunc nostros ibidem destinassimus obsi-
des, ipse nempe noster Missus, cum apud eum coniun-
xit, in magna cum inuenit protervia, eò quod Mis-
sos Arigisi, Beneuentani Ducis, seu & Rodcausi Foro-
juliani, nec non & Regnibaldi Clusinę ciuitatis Du-
cem, in Spoletio cum præfato reperit Hiltibrando,
adhibentes aduersus nos perniciosum consilium, qua-
liter, Deo eis contrario, proximo Martio mense adue-
niente, utrosque se in unum congregarent, cum cater-
ua Græcorum & Athalgiso, Desiderij filio, & terra-
marique ad dimicandum super nos irruant, cupien-
tes hanc nostram Romanā inuadere ciuitatem, & cun-
etas Dei Ecclesiā denudare; atque ciborium fautoris
vestri, B. Petri, auferre, vel nos meti ipsos, quod auertat
diuinitas, captiuos deducere, nec non Langobardo-
rum Regem integrare, & vestræ regali potentiae resi-
stere.

Ob.



Ob hoc; præcellentissime Rex, & dulcissime fili,
 peto te & tanquam præsentaliter adfistens cum divi-
 nis mysteriis, coniuro coram Deo viuo & vero, & eius
 principe Apostolorum B. Petro, vt sub nimia festina-
 tione, & maxima celeritate nobis subuenias ne perean-
 mus; quoniam, post Deum, in tuis manibus nostras
 omnium Romanorum commisimus animas, ne nos
 derelinquas aut differas * solatiandum, vt dicant gen-
 tes, quæ in cuncto orbe terrarum sunt, vbi est fiducia
 Romanorum, quam post Deum, in Regem & regnum
 Francorum habebant, & tu de omnibus, à Deo prote-
 stet dilectissime fili, ante tribunal Dei eris redditurus
 rationem, quoniam, vt præfati sumus, tuæ dulcissimæ
 sublimitati, per Dei præceptionem, & B. Petri, san-
 ctam Dei Ecclesiam, & nostrum Romanorum Reipu-
 blicæ populum commisimus protegendum, & ita ad
 limina protectoris tui B. Petri Apostolorum principis
 properare satagit, vt cunctos aduersarios sanctæ Dei
 Ecclesiæ atque nostros seu vestros, regalis vestri cul-
 minis substernantur vestigiis, & ea quæ eidem Dei
 Apostolo, vestris propriis pro animæ vestræ mercede
 obtulisti manibus, ad effectum perducatis, vt fructū
 bonum offerens in futuri examinis die merearis dice-
 re; Domin meus, princeps Apostolorum, B. Petre,
 cursum consummaui, fidem tibi seruans Ecclesiæ Dei
 à superna clementia tibi commendatam, de manibus
 persequentium defendens liberaui, & adfistens im-
 maculatus coram te, offero tibi pueros, quos mihi co-
 misisti de manibus inimicorum eruendos, sospites at-
 que incolumes existentes, tunc & qui in præsenti vita
 regni gubernacula tenes, etiam & in futuro saeculo
 cum Christo regnans cœlestia præmiorum gaudia.

f

ad*—*

adipisci merearis, audiens nimirum paternam desiderabilem vocem illam inquietis. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis preparatum est ab origine mundi. In columem excellentiam vestram gratia superna custodia.

Item exemplar Epistola eiusdem Pape, ad Dominum Regem directa, in qua continetur de transitu Constantini Imperatoris, & de Razinaldo duce Clusinæ, præfatus Ducatum Papapostulans, ut ipsum actum Dominus Rex ei habere non permitteret, eo quod multa mala in Castello Felicitatis indesinenter agere non desistebat.*

LX.

Summ. 21.
Bar. 85
Cent.

DOMINO excellentissimo filio Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atq; Patricio Romanorum Adrianus Papa; Excellentissimæ & à Deo protectæ Christianitati vestræ his nostris Apostolicis innotescimus apicibus, peruenisse ad nos, nuntiis præcurrentibus, quod Constantinus Imperator, diuina euocatione, de hac subtractus esset luce, sed quia certum non didiceramus, hac de re vestræ à Deo protectæ excellentiæ indicare distulimus. Nunc vero suggestit nobis sanctissimus ac reuerendissimus frater noster Stephanus, Neapolitanæ urbis Episcopus, per has Syllabas ea ipsa nobis intimare, quas & septima die præsentis Februarij Mensis suscipientes, easque peragrantes confessim vestro regali culmini significare maturauimus, & pro magna sublimitatis vestræ satisfactione eisdem affatus, infra hæc nostra scripta vobis directa posuimus.

Inte-